

## LJSPFF LATINA PRO NELATINÁŘE – HODINA II.

### **STUPŇOVÁNÍ ADJEKTIV**

	Komparativ (2. stupeň)	Superlativ (3. stupeň)
car-us, a, um	car- <b>ior</b> , oris ( <i>m., f.</i> ); car- <b>ius</b> , ioris ( <i>n.</i> )	car- <b>issimus</b> , issima, issimum
brev-is, e	brev- <b>ior</b> , oris ( <i>m., f.</i> ); brev- <b>ius</b> , ioris ( <i>n.</i> )	brev- <b>issimus</b> , issima, issimum

Superlativ odlišně se tvoří u adjektiv:

- a) jejichž kmen je zakončen na **-er**; superlativ má zakončení **-rimus**, **rima**, **rium**, připojené ke tvaru nom. sg. maskulina:

liber, era, erum (liber-): liber-**rimus**;  
pulcher, chra, chrum (pulcher-): pulcher-**rimus**;

- b) jejichž kmen končí na **-l**; superlativ má zakončení **-limus**, **lima**, **limum** ale jen u těchto šesti:

facilis, e (snadný): facil-**limus**;  
difficilis, e (obtížný): difficil-**limus**;  
similis, e (podobný): simil-**limus**;  
dissimilis, e (nepodobný): dissimil-**limus**;  
humilis, e (nízký): humil-**limus**;  
gracilis, e (štíhlý): gracil-**limus**.

Ostatní adjektiva III. deklinace se zakončením kmene na **-l** mají superlativ pravidelný (nobilis, e (urozený): nobil-**issimus**).

**NEPRAVIDELNÉ STUPŇOVÁNÍ ADJEKTIV:** magnus – maior, maius – maximus, a, um  
bonus – melior, melius – optimus, a, um  
parvus – minor, minus – minimus, a, um  
malus – peior, peius – pessimus, a, um  
multus – plures, plura – plurimus, a, um

Podstatou nepravidelného stupňování je změna kmene, někdy mají tato adjektiva zvláštní kmen dokonce pro každý stupeň.

### **OPISNÉ STUPŇOVÁNÍ:**

Adjektiva 1. a 2. deklinace, u nichž před koncovým **-us**, **a**, **um** předchází vy výslovnosti samohláska, se stupňují opisně, tj. pomocí komparativu **magis** a superlativu **maxime**:

necessarius, a, um – magis necessarius, a, um – maxime necessarius, a, um

**Pozor!** antiquus – antiquior, antiquius – antiquissimus, a, um

Ve výslovnosti je kmen zakončen na **-kv**, a proto se může stupňovat pravidelně.

### **SROVNÁVÁNÍ:**

Komparativ:

Quam + nominativ: než; anebo ablativ srovnávací bez předložky:

Puer melior quam pater est.

Puer melior patre est.

Superlativ:

De, ex + ablativ: z; anebo genitiv celkový bez předložky:

Petrus optimus ex omnibus discipulis est.

Petrus optimus de omnibus discipulis est.

Petrus optimus omnium discipulorum est.

## ADVERBIA A JEJICH STUPŇOVÁNÍ

	adjektiva 1. a 2. deklinace	adjektiva 3. deklinace
pozitiv	alt-e	brev-iter, sapient-er
komparativ	alt-ius	brev-ius
superlativ	alt-issime	brev-issime

Pozitiv latinských adverbíí od adjektiv 3. deklinace se tvoří většinou připojením –iter k základu, u adjektiv zakončených na –ans, antis; -ens, entis pouze připojením –er (sapienter). Existuje pochopitelně několik výjimek – z častějších například facile (snadno), audacter (odvážně), difficulter nebo non facile (nesnadno).

Komparativ adverbia je vždy shodný s tvarem neutra komparativu příslušného adjektiva. Superlativ je tvořen tak, jak je typické pro adverbia 1. a 2. deklinace, tj. záměnou koncovky –us, a, um za –e.

## EXERCITIONES

Přeložte:

pulchre cantas – elegantius disputare – melius laborare – celerius currere – acerrime pugnare – facilius corrigere – quam felicissime vivere – prudentius curare – optime scribere – minus credere – pessime se gerere – audacissime urbem defendere – gravius monere – honestius mori – saepius auribus uti – difficillime educare – sapienter Cicero scribebat, stulte Caesar

quid est patria dulcius – clarissimus omnium poetarum – eloquentissimus omnium oratorum – gloria maiorum – peior quam inimicus – omnium rerum facilissimum – maior pars gentium – sole clarior – luce celerius – oratio melle dulcior – nihil est melius virtute – patria mihi vita carior – omnium urbium ornatissima – nostrorum amicorum carissimus – frater meus maior sorore mea natu est

Doplňte příslušné tvary dle kontextu:

1. Magister: „Sextus bonus discipulus est; nemo discipulorum meorum \_\_\_\_\_ est quam ille; Sextus discipulus meus \_\_\_\_\_ est.“
2. Magister: „Marcus malus discipulus est; nemo discipulorum meorum \_\_\_\_\_ est quam ille; Marcus discipulus meus \_\_\_\_\_ est.“
3. Sicilia insula magna est, \_\_\_\_\_ quam Corsica et Sardinia; Sicilia \_\_\_\_\_ harum insularum est.
4. Melita insula parva est, multo \_\_\_\_\_ quam Sicilia et Sardinia; Melita \_\_\_\_\_ harum insularum est.

## FABULA ANTIQUISSIMA

Scaena prima: In silva

(*Matrona senilis in silva longe errat. Deformis est. Tristi voce dicit.*)

Matrona senilis: Ubi est villa mea? Longe erravi. O me miseram! Multae sunt arbores. Densa est silva. Abies illa alta est, sed populus est altior quam abies. Fraxinus autem omnium altissima est. (*Longius errat. Tristiore voce dicit.*) Villam meam non video. O me miseriorem! Plures nunc sunt arbores. Densior est silva. Sed omnes arbores pulchrae sunt. Abies illa pulchra est, sed populus est pulchrior abiete. Fraxinus autem omnium pulcherrima est. (*Longissime errat. Tristissima voce dicit.*) Plurimae nunc sunt arbores. Densissima est silva. O me miserrimam! Nox iam appropinquavit et nondum villam meam inveni. Sed ecce! Lucem video. Per fenestram villae lucet, sed non est villa mea. Porta aperta est. Bene! Nemo inest. Intro.

Scaena secunda: In villa

(*In villa sunt tres sellae. Prima sella maxima est, secunda sella minor est, tertia sella minima est. In mensa sunt tres lances, in quibus est puls. Prima lanx maxima est, secunda lanx minor est, tertia lanx minima est.*)

Matrona senilis: Quid video? Pultem olfacio. Ieiuna sum. (*Pultem, quae in maxima lance est, gustat.*) O linguam meam! Haec puls calidior est. Hanc pultem non amo. (*Pultem, quae in minore lance est, gustat.*) Haec puls frigidior est. Hanc pultem quoque non amo. (*Pultem, que in minima lance est, gustat.*) Optima est haec puls. Hanc pultemedo. (*Omnem pultem edit.*) Nunc fessa sum. Tres sellas video. Quis sella commodissima est? (*In sella maxima sedet.*) Haec sella durior est. (*In sella minore sedet.*) Haec sella mollior est. (*Minimam sellam digito tangit.*) Euge! Haec sella commodissima est. (*In sella minima sedet; eam frangit; ad terram cadit.*) O abdominandam villam! O fragilem sellam! Lectulum firmorem quaero. (*In cubiculum exit.*)

Scaena tertia: In villa

(*Intrant tres ursae. Ursa minima modo sex annos nata est. Ursa maior altior est. Ursa maxima altissima est.*)

Ursa Maxima (*Maxima voce dicit*): Hominem olfacio.

Ursa Maior (*Minore voce dicit*): Humanum sanguinem olfacio.

Ursa Minima (*Minima voce dicit*): Humanos pedes olfacio.

Ursa Maxima: Quis pultem meam gustavit?

Ursa Maior: Quis pultem meam gustavit?

Ursa Minima: Quis pultem meam gustavit? Immo vero quis omnem edit?

Ursa Maior: Circumspicite omnes. Fur adest. (*Omnem circumspiciunt et sellas vident.*)

Ursa Maxima: Quis in sella mea sedit?

Ursa Maior: Quis in sella mea sedit?

Ursa Minima: Quis in sella mea sedit? Immo vero quis eam omnino fregit?

Ursa Maxima: Currite omnes in cubiculum. Fortasse fur in cubiculo est. (*Omnem in cubiculum currunt. Ursa minima celeriter currit. Ursa maior celerius currit. Ursa maxima celerrime currit.*)

Ursa maxima: Quis in lectulo meo dormivit?

Ursa Maior: Quis in lectulo meo dormivit?

Ursa Minima: Quis in lectulo meo dormivit et etiam nunc dormit?

Ursa Maxima: O deformem matronam! Quam sordidi sunt eius capilli!

Ursa Maior: Dentes quoque sunt sordidi.

Ursa Minima: Capite eam celeriter. Namque certe illa est fur.

(*Omnem in matronam senilem incurruunt, quae subito e lectulo surgit et per fenestram effugit.*)